

1. Misenum 3

Signinae l.

recepit. Lucianus episcopus Adrianopolitae, damnatus a papa Julio
recepit ecclesiam sui episcopatus. Item Cirillus Hierosolimitanus de-
positus fuit, postea reconciliatus est ecclesiae suae. Simili modo et
Polochronium, eiusdem ecclesiae Hierosolimitanae pontificem, Sixtus
papa damnavit, et iterum ipse eum reconciliavit. Innocentius item
papa Forthum damnavit episcopum, sed ipse postea eum in pro-
prio restituit loco ecclesiae suae. Itemque Mircium episcopum a
Felix papa damnatum Gelasius papa, successor illius, et communi-
cavit et ecclesiae suae restituit. Leontius autem dum esset pro-
byter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha exaltatus.
Gregorius vero quartus papa Theodosius, quem Eugenius eius an-
ecessor presbyterii honore privaverat, sanctae ecclesiae Signinae
consecravit episcopum. Ibas namque episcopus iudicatus fuit,
sed sancta synodus canonice suam illi restituit ecclesiam. Roma-
dum vero episcopum sanctae Leptensis ecclesiae, a synodo, cui
solus interfuit rex, condemnatum, et Leptensem episcopum me-
rito reprobatum, Nicolaus papa una nobiscum reconciliavit.

22. Id. quod incertum est, solius Dei iudicio relinquendum
est, et de episcopis, qui de sua sede ad aliam sedem translati sunt.
Ius. Formosus ipse licet reconciliatus fuerit, postmodum vero huma-
nae laudis cupidus, propriam relinquens uxorem, alienam abstinens,
videlicet relicto episcopatu his, qui ordinant erant, apostoli-
cam abstulit sedem. Def. Utrumnam humanae laudis cupidus aposto-
licum thronum conscenderit, incertum est, ideoque solius Dei iudicio relinque-
dum est. Atque universa Romana civitas et omnes circumpositae regiones
praecipue sanctitati eum fuisse commendantes, exceptis ammodum paucis, qui
eum infamare non erubescunt. Nec mirum, cum etiam de Salvatore
scriptum sit: Alii dicebant, quis bonus es, alii autem: non, sed seducis tuas.

f. 124.